



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Christiana Institvtio Virtutum & vitiorum sacri uerbi Dei
declamatoribus admodum vtilis et necessaria**

Ammiani, Sebastiano

Venetiis, 1562

Detractionis remedia sunt tria.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30415

A
tractore
esentes
, nisibi
ad literi
us tem
eum uei
ia serpens
tor à lu
trahere
detrahan
ut fides i
erpenste
quod ter
omine, in
comparatu
rum, si in
ex alia ster
tit flores
quo boni
obloqui
tur etiam
ui non t
m, & ha
eta. Quis
hominem
is. Vnde
um detra
s. Detra
xtum ma
temen
noqua
nisceant
A
INSTITVTO. 81
quam repente consurget perditio eo
rum. Et Pater Augustinus. Non de- Augus.
trahes, nec audies detrahentem, quo-
niam qui detrahit eradicabitur de ter- Bern.
ra uinentium. Et Bernardus amittunt
uitam detractores deo odibiles, quo-
niam quos odit Deus, mori necesse est.

Detractio fit sex modis.

Primo, occulta mala proximi pu
blicare. Secundo, cum augmen
to auditu referre. Tertio, cri
mina falsa componere. Quarto, bona
occulta negare. Quinto bona manife
sta minuere. Sexto & ultimo modo,
bona in mala conuertere. Quos qui
dem modos unusquisque uelut ani
mæ & corporis pestem fugere debet.
quin potius tanquam à facie colubri
tugam arripere.

Detractionis remedia sunt tria.

Primum est, ut homo seipsum
primò examinet. Vnde Isydo
rus dicebat. Quando alij detra
his, ipsum te discute, quando aliud
mordes, tua peccata redargue. nun
quam detrahes ubi te bene perspexe-

Isyd.

CHRISTIANA

Aug. ris . Et Pater Augustinus . Qui se ip-
sum cōsiderat , nō habet quōd in aliis
reprehendat . Stultus esse dicitur , qui
se propter alium obliuiscitur . ò qua-
ti stulti sunt in hac parte , qui facilis
uitia quām uirtutes aliorum perscr-
tantur , & unde hoc accidit ? quia nos
sicut proximum , & proximum sicut
nos non aspicimus . Si enim nos sicut
proximum aspiceremus , nostra répre-
hensibilia directè uideremus : & rur-
sum si proximum aspiceremus ut nos ,
nunquam nobis eius actio appareat
intolerabilis . Secundum est , ut de-
Pro.4. trahentem non audiat . Vnde in Pro-
uerbiis dicitur . Labia detrahentium
Ecc.28. sint procul à te . Et Ecclesiasticus . Se-
Ifyd. pi aures tuas spinis , & noli audire lin-
guam iniquam . Et Isydorus . Detra-
hentem non audias , sisurrantibus au-
ditum non prēbeas , pari enim reatu
& detrahentes , & audientes tenen-
tur . Tertium est , ut detrahenti tri-
Prc.25. stem uultum ostendat . Prou . uigili-
moquinto . Ventus aquilo dissipat
pluuias , & facies tristis linguam de-
Hieron. trahentem . Et D . Hieronymus . Di-
scat detractor dum te uidet non li-
benter audire , non facile detrahere
nam nemo inuito auditori libenter
narrat .